

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad  
Exequias, Quas Marito suo desideratissimo, Viro ... D: Marco Maessen/ Civi huius  
urbis primario Vidua parat moestissima, Cives quoq[ue] suos ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770333656>

Druck    Freier  Zugang



Rhane, H.,

in

**M. Maesse.**

Rostock, 1638.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770333656/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770333656/phys_0002)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770333656/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770333656/phys_0004)


DFG

R 48.

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**  
J. U. D. & Profess. P.  
*AD EXEQUIAS*  
*Quas*  
Marito suo desideratissimo,  
*VIRO Doctissimo integerrimo*,  
**D: MARCO Maessen/**  
Civi hujus urbis primario  
*Vidua parat mæstissima*,  
Cives quoq; suos ad horam in meridie primam  
in ædem B. Virginis serio ac diligenter  
vocat.



ROSTOCHI,  
Typis NICOLAI KILLI. Academ. Typogr.  
Anno M. DC. XXXIX.





Ui sollicitudines & præci-  
spue horum temporum ignorant,  
illis ex Euripidis tragœdia, ubi Bel-  
lerophontes avaritiae poenas dabat,  
quid sit, quod animos hominum jam excruciet,  
demonstrabo. Carmen autem est, ad quod totus  
populus consurrexit ejicereq, actorem voluit.

Sine me vocari pessimum, simul ut dives vocer.

An dives sit, omnes quarimus; an bonus, nemo.

Non quare, unde: quid habeas, tantum rogant.

Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.

Quid habere nobis turpe sit, quaris? nihil:

Aut dives opto vivere, aut pauper mori.

Bene moritur, quisquis moritur, dum lucrum facit.

Pecunia, ingens generis humani bonum,

Cui non voluptas matris, aut blandæ potest

Par esse prolis non sacer meritis parens.

Tam dulce siquid venieris in vultu micat, (vet.

Merito illa amores Cœlitum atque hominum mo-

Ista, cum eo tempore in scena audirentur, quam  
quam illudendi causa pronunciasset actor, cōci-

tatus tamen eo usq; populus, velut impia quadā  
voce, perferre admiratorem istum aurī nō potuit;  
vix à Poëta emollitus atq; compositus fuit. No-  
stris moribus nimium quam patientes sumus;  
qui non tantum audire nunc crimina nostra, sed  
in ijs quoq; placere nobis solemus. Quotus enim  
quisq; est, qui, sequi nos de morte commentan-  
tes, abjicereq; sarcinas hujus mundi jussus, de opib-  
us atq; earum pondere nonnulla, interdum per  
satyram acceperit, tum quidem nos alia de causa  
facere, & per invidiam contemnere, aut magis ex  
decretis Philosophiæ, quam juxta vitæ regulam,  
atq; ex animo sentire non credat? Tam altas e-  
git radices avaritia, ut nec bene moriendi ar-  
tem nec vivendi in nobis admittat, & quicquid  
sapientiæ est vel paullo sanioris instituti, id non  
secus ac vim, aut aliam quamcunq; atrocem in-  
juriam, repellimus. Contraria prorsus ratione,  
quam MARCUS MAESSE/ Doctissimus atq; honestissi-  
mus Vir, Civis hujus Urbis primarius, videtur  
secutus esse. Qui cum intelligeret, quantum alijs  
lacrumarum, quantum laborum exigerent, ut,  
quod plenum miseriæ ac ipsum sibi poenæ atq;  
supplicio est, habere incipiāt; ita res suas instituit,  
ut facile relictis acquiesceret opibus, nec de au-  
genda stipendaq; per se pecunia sollicitus esset.  
Consecuturus, quę sponte sua atq; ultro manent

Desiderantem quod satis est. Quia nec  
Tumultuosum sollicitet mare,  
Nec saevus, Arcturi cadentis  
Impetus, aut orientis hoedi,  
Non verberata grandine vincas,  
Fundusq; mendax; arbore nunc aquas  
Culpante, nunc torrentia agros  
Sidera, nunc hiemes iniquas.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops  
Nec sitim pelli, nisi causa morbi  
Fugerit venis. E aquosus albo

Corpore languor;

Quapropter velut semper moriturus,  
Æquam solebat rebus in arduis  
Servare mentem non secus ac bonis,  
Musisq; amicus tristitiam & metus  
Tradens proteruis in mare Creticum  
Portare ventis, quis sub arcto  
Rex gelida metuatur ora,  
Quid Mithridatem terreat,  
Unice securus,

vina nonnunquam, & ex Poetæ præscripto, liqua-  
bat, diem carpens, minimumq; postero credulus.  
Quippe qui & parentem suum, cum amitteret,  
per ætatem, quam trimam tum fecerat, recordari  
non posset, & occidere quotidie cum solib; mor-  
tales videns,

O 3

Fruſ

Frui paratis & valido sibi  
& integra  
Cum mente, nec turpem senectam  
Degere,

septius precabatur. Quæ illi prorsus ex voto contigit. Natus enim V. Augusti Anno reparatæ gratiæ supra millesimum quingentesimum nono nonagesimo, nuper XI. Junij, in octavum diem æger, nondum quadragenarius, decessit. Parentes habuit, Virum Integerimum a honestum DIONYSIUM, spectatum Civem, & WENDULAM Gerdes/Viri Prudentissimi MARQUARDI Senatoris quondam apud nos gravissimi, ex MARGARETA Gladowen/filiam. Avus ipsi ANDREAS, Senator quondam apud nos, & prudentissimus Vir, avia, ANNA Möller fuit. Hisce ortus majoribus, sicut in carnalium parentū, ita quoq; in cœlestis Patris familiam per initiationis Sacramentum receptus, post in disciplinam Praeceptoribus fidis doctisq; traditus est, sub quibus eos fecit progressus, ut transire quoq; ad alias Academias, in ceteris, Regiomontium potuerit, & non incommodo peregrinari. Eiusq; rei nactus est fructum, ut & sapientiæ præceptis imbutum haberet pectus, & cum civibus suis pacatè & scienter ageret. Quorum apud nos hæc est ratio, ut multò plures vi-

tam

tam bene componere , istamq; studiorum sum-  
mam, quæ postrema non est, facere, nec ultra lite-  
ris se impendere soleant ; Ceteram vitæ partem  
in augenda Republica, in qua nati sunt, transmit-  
tant, quæ sitisq; laetiorib⁹ paullo atq; optimis cō-  
ditionib⁹, privato ordine primo contenti , inter  
primores allegi, ac sensim ad Centum viros , Sede-  
cim virosq; , aut inter Senatum rescribi incipient.  
Quibus gradibus etiam multi & quam maxima  
pars Senatorum ad Consules usq; processit. Et  
poterat fortasse aliquid simile avis suis ipsi eveni-  
re, nisi hoc, cuius causa scribimus, humanitus &  
nimis properè accidisset; Quod & Fratres olim,  
DIONYSIUM quidem ante aliquot annos, ANDRE-  
AM vero in pueritia, ANNAM similiter, Sororem  
sustulerat; Quæ primo nupta Honestissimo inter-  
gerrimoq; Civi, Dn. PETRO Wellen/ postea domū  
ducta ad Doctissimum Spectatissimumq; Virum  
Dn. JOHANNEM SCHAFENBERGIUM, Civem hujus  
urbis primarium erat. Adeò ut sola CATHARINA  
Fratribus ac Sorori superstes cum conjugé suo  
Viro Experientissimo Clarissimo , Dn.  
HENRICO Rößtern/ Medicinae D. & Serenissimi, ele-  
cti Daniæ regni Principis, CHRISTIANI V. Archia-  
tro, tristem nunciū proxime acceptura sit à moe-  
dissima Vidua MARGARETA. Quæ Amplissimis  
Pru-

Etissima Vidua MARGARETA. Quæ Amplissimè  
Prudentissimiq; Viri Dn. VINCENTII Gladowen/  
Consulij hujus Reipublice meritissimi ex MARGARETA Rösters/filia, ante quindecim annos in  
defuncti jam nostri thalamū concessit & sex libe-  
ris VICENTIO, MARCO, WENDULA, MARGARETA,  
ANDREA & ANNNA locupletavit. Quorum postre-  
mum par à Patre, ut eum exciperent, præmissi  
sunt; Ceteri cum Matre in luctu & dolore com-  
prehensi, desiderium suum, per quam frequenti-  
bus lacrimis, exponunt. Idq; eo calidius, quia  
nec morbi diuturnitas nec metus quidam istud  
emollierat; cum recente lecto, vix per octo dies  
& bona cum spe decumberet. Donec ultima ho-  
ra, quid prima ægrotationis voluisse, prolixè &  
ultra votum, minimè hilariter domui ac familiæ  
toti afferebat, cum placide & velut inter maritales  
amplexus bene in CHRISTO finiret!. Facite, Cives  
Academici, quod horum temporum est, ut fre-  
quentatas à vobis exequias laudare possimus. Exi-  
stimo n. meliore me ex vestro ordine non habitu-  
ros, per quem invitari libertius velitis.

P. P. IV. Junij Anno Christ.

AD. ID. CXXXIX.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770333656/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770333656/phys_0013)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770333656/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770333656/phys_0015)

DFG



tam bene componere , istamq  
am, quæ postrema non est, fac  
ris le impendere soleant ; Ceter  
in augenda Republica, in qua n  
tant, quæsitisq; lautiorib; paul  
ditionibus, privatò ordine prim  
primores allegi, ac sensim ad Ce  
cim virosq; , aut inter Senatum  
Quibus gradibus etiam multi  
pars Senatorum ad Consules ul  
poterat fortasse aliquid simile a  
re, nisi hoc, cuius causa scribimu  
nimis properè accidisset; Quod  
DIONYSIUM quidem ante aliquo  
am vero in pueritia, ANNAM si  
fuslulerat; Quæ primo nupta H  
errimoq; Civi, Dn. PETRO We  
ducta ad Doctissimum Spectati  
Dn. JOHANNEM SCHÄRFENBERGI  
urbis primarium erat. Adeò u  
Fratribus ac Sorori superstes  
Viro Experientissimo Cla  
HENRICO Rösteri Medicinae D.  
et Daniæ regni Principis, CHRIS  
tro, tristem nunciū proxime ac  
lissima Vidua MARGARETA. C



m sumis  
tra lite  
artem  
ansmit  
mis co  
is, inter  
s, Sede  
cipiant  
maxima  
it. Et  
eveni  
nitus &  
olim,  
ANDRE  
rorcim,  
o inte  
domū  
Virum  
n hujus  
HARINA  
uge suo  
Dn.  
mi, ele  
Archia  
à moe  
lissimis  
Pru